Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uirorum. Cumque extendisset
manum suam angelus domini
super israel ut disperderet
eam: misertus est dominus
super afflictione, et ait
angelo percucienti populum.
Sufficit nunc, contine ma-
num tuam. Erat autem angelus
domini iuxta aream areuna
iebusei. Dixitque dauid
ad dominum, cum uidisset an-
gelum cedentem populum. Ego
sum qui peccaui: ego sum
qui inique egi: isti qui oues
sunt quid fecerunt? Vertatur
obsecro manus tua contra
me, et contra domum patris
mei. Venit autem gad ad da-
uid in die illa et dixit ei.
Ascende et constitue al-
tare domino in area areu-
na iebusei. Et ascendit
dauid iuxta sermonem gad
quem preceperat ei dominus: edi-
ficauitque ibi altare domino
et obtulit holocausta
et pacifica: et repropici-
atus est dominus terre, et cohi-
bita est plaga ab israel.

Misit dominus uerbum suum et. Gr.
sanauit eos et eripuit eos de
interitu eorum. V. Confiteantur
domino misericordie eius et mirabilia
eius filiis hominum. Alleluia: Con-
gregabo populum meum in medio
ierusalem et ero illi in deum in ueritate
et iusticia. Ewangelium Surgens
ihesus de sinagoga. Offertorium
Stetit pontifex iuxta mor-
tuos et uiuentes habens thuri-
bulum aureum in manu sua et
offerens incensum sacrificii pla-
cuit deo et cessauit plaga in populo.
Exaudi nos deus. Secreta.
salutaris noster. et inter-
cedente beata uirgine dei ge-
nitrice maria ab iracundie
tue terroribus populum tuum
libera. et misericorditer tua
fac libertate securum. Com.
Multitudo languentium et qui
uexabantur a spiritibus inmun-
dis ueniebant ad eum quia uirtus de
illo exibat et sanabat omnes.
Subueniat nobis. Post com.
quesumus domine sacri mu-
neris perceptio, que nos et
a terroribus uniuersis potenter